



Incipiunt hore sancte crucis.

Domine labia mea
aperies. Et os meum
annunciabit lau
dem tuam. De
us in adiutorium
meum intende. Do
mine ad adiuuan
dum me festina. Gloria patri et
filio et spiritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc et semper et in
secula seculorum. Amen. Ymnus

Patris sapiencia veritas di
uina. Deus homo captus est
hora matutina. A notis et discipu
lis cito derelictus. A iudeis traditus
venditus et afflictus. ℣. Adoramus
te xpiste et benedicimus tibi. Quia
per sanctam crucem tuam redemisti
mundum. Oremus. Oracio.





Incipiunt hore de sancto spū.

Domine labia mea
aperies. Et os me
um annuncia
bit laudem tuam.
Deus in adiu
torium meum in
tende. Domine ad
adiuuandum me festina. Glo
ria patri. Sicut erat. An. Veni
sancte spiritus reple tuorum corda
fidelium et tui amoris in eis ignē
accende. Ymnus.
Nobis sancti spiritus gratia
sit, de qua virgo virginum. fuit
obumbrata. Cum per sanctum ā
gelum fuit salutata. Verbum ca
ro factum est virgo fecundata. V.
Emitte spiritum tuum et creabun
tur. Et renouabis faciem terre.

Oratio beate marie virginis.



Obsecro te domina
sancta maria
mater dei pieta
te plenissima
summi regis
filia mater glo
riosissima ma
ter orphanorum consolatio deso
latorum. via errancium salus
in te sperancium. virgo ante p
tum virgo in partu et virgo post
partum. ffons misericordie fons
salutis et gratie fons pietatis et
leticie fons consolationis et in
dulgentie. per illam sanctam et i
neffabilem leticiam qua exultauit
spiritus tuus quando tibi per ga
brielem archangelum nunciatus
et conceptus filius dei fuit. Et per

illud diuinum misterium quod
tunc operatus est spiritus sanctus.
Et per illam sanctam et ineffabile
pietatem graciam misericordiam
amorem et humilitatem per quas
filius dei descendit accipere huma
nam carnem in venerabilissimo
utero tuo in quibus te respexit quan
te commendauit sancto iohanni
apostolo et euangeliste. Et quan
do te exaltauit super choros ange
lorum. Et per illam sanctam et in
effabilem humilitatem qua tu re
spondisti archangelo gabrieli. Ecce
ancilla domini fiat michi secundum
verbum tuum. Et per illa sacratis
sima quindecim gaudia que ha
buisti de filio tuo domino nostro
ihesu xpo. Et per illam scam maxi
mam passionem et acerbissimam

viciorum sordibus expurget vir
tutibus sacris exornet in dilectione
dei et proximi mei perfecte stare et per
severare me faciat. Et post huius
vite cursum ad gaudia me ducat
electorum suorum benignissimus
paraclitus graciarum largitor op
timus. Qui cum patri et filio coeternus
et consubstancialis cum eis et in
eis vivit et regnat deus. per omnia
secula seculorum. Amen. De sancto
michaele. An.



Michael ar
changele
veni in adiutorio
populo dei. Rx. In
conspectu ange
lorum psallam
tibi. Adorabo ad templum sanctum
tuum et confitebor nomini tuo.

Oremus. Oratio.
Deus qui miro ordine ange
lorum ministeria hominumque dis
pensas concede propicius ut a qui
bus tibi ministrantibus in celo
semper assistitur ab hiis in terra
vita nostra muniatur. per xpm.
De sancto iohanne baptista. An.



Elizabeth za
charie mag
num virum ge
nuit iohannem
baptistam precur
sorem domini. Vs.
Fuit homo missus
a deo. Cui nomen erat iohes. Ore.
Concede quesumus om oro.
nipotens deus ut qui in
tercessione beati iohannis baptis
te solempnia colimus eius apud

te intercessionibus adiuuemur.
per xpm dominũ nrm. Amen. De
sancto petro et paulo aplorum.



Petrus an.
apostolus
et paulus doctor
gencium ipsi nos
docuerunt legem
tuam domine.
V. In omnem
terram exiuit sonus eorum. Et
in fines orbis terre verba eorum.
Oremus. Oratio.
Deus cuius dextera beatum
petrum ambulantem in fluc(ti)
bus ne mergeretur erexit et co
apostolum eius paulum tercio
naufragantem de profundo pe
lagi liberauit exaudi nos prop
cius et concede vt amborum me

ritis eternitatis gloriam consequa
mur. per xpm dominũ nrm. Ame.
De sca maria magdalena. an.



Maria vnxit
pedes ihu
et extersit capillis
capitis sui et do
mus impleta est
ex odore vnguen
ti. V. Dimissa
sunt ei peccata multa. Quoniam di
lexit multum. Oremus. Oratio.
Largire nobis clementissime
pater quod sicut beata maria
magdalena dominum nostrum
ihm xpm super omnia diligendo
suorum optinuit veniam peccami
num ita nobis apud tuam mise
ricordiam tuam sempiternam
impetret beatitudinem. per xpm.

De sancta katherina. Antiphona.



Virgo sancta katherina grecie gemma vrbe alexandrina costi regis erat filia. V. Ora pro nobis beata virgo et martir katherina. Ut digni efficiamur promissione xpisti. Oremus. Oratio.

Deus qui dedisti legem moysi in summitate montis synai et in eodem loco per sanctos angelos tuos corpus beate katherine virginis et martiris tue mirabiliter collocasti tribue quesumus ut eius meritis et intercessionibus ad montem qui xpistus est valeamus pervenire. per xpistum.

De sancta barbara. Antiphona.



Ubere truncata vestimentis spoliata hec decollata consecravit regna beatis. V. Specie tua et pulchritudine tua. Intende prospere procede et regna. Oratio.

Benedictionis tue domine graciam intercedente beata barbara virgine tua consequi mereamur ut cuius gloriosa passionis recolimus actam misericordia eius in omnibus necessitatibus nostris auxilium sentiamus. per xpistum dominum nostrum. Amen.

in eternum. Per singulos di
es benedicimus te. Et lauda
mus nomen tuum in seculũ
et in seculum seculi. Digna
re domine die isto sine pc̃cato nos
custodire. Miserere nostri do
mine miserere nostri. Fiat
misericordia tua domine super nos
quemadmodum speravimus
in te. In te domine speravi
non confundar in eternum.
℣. Ora pro nobis sc̃a dei genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissione
Dxp̃i. Ad laudes.
eus in adiutoriũ
meum intende.
Domine ad ad
iuvandum me
festina. Gloria.
An̄. Assumpta ē.

Dominus regnavit decorẽ
indutus ẽ indutus ẽ dñs
fortitudinem et precinxit se. Et
enim firmavit orbem terre qui
non cõmovebitur. Parata
est sedes tua ex tunc a seculo tu es.
Elevaverunt flumina dñe
elevaverunt flũia vocem suam.
Elevaverunt flumina fluc
tus suos a vocibus aquarum
multarum. Mirabiles ela
tiones maris mirabilis in al
tis dñs. Testimonia tua
credibilia facta sunt nimis do
mum tuam decet sanctitudo do
mine in longitudine dierum.
Gloria. An̄. Assumpta est
maria in celum gaudent ange
li laudantes et benedicunt do
minum. An̄. Maria virgo. Ps.



pauperem. Ut collocet eum cum
principibus cum principibus po
puli sui. Qui habitare facit ste
rilem in domo matrem filiorum
letantem. Gloria. ān. Leua
eius sub capite meo et dextera illi
us amplexabitur me. ān. Nigra
sum. ps̄. Letatus sum in hijs
que dicta. ān. Nigra sum sed for
mosa filia ihrl'm ideo dilexit me
rex et introduxit me in cubiculū
suum. ān. Iam enim. ps̄. Ni
si dominus edificauerit domum.
ān. Iam enim hyemps transijt
ymber abijt et recessit surge ami
ca mea et veni. ān. Speciosa. ps̄.
Lauda iherusalem dominū
lauda deum tuum syon.
Quoniam confortauit seras
portarum tuarum benedixit filii

Beata mater. psalmus.
Magnificat anima mea do
minum. Et exultauit spiritus
meus in deo salutari meo. Quia
respexit humilitatem ancille sue
ecce enim ex hoc beatam me dicent o
mnes generationes. Quia fecit
michi magna qui potens est et
sanctum nomen eius. Et
misericordia eius a progenie in
progenies timentibus eum. Fecit
potentiam in brachio suo dis
persit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede et exal
tauit humiles. Esurientes i
pleuit bonis et diuites dimisit in
anes. Suscepit israhel puerum
suum recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres no
stros abraham et semini eius in se

cula. Gloria. An. Beata mater
et innupta virgo gloriosa regina mun
di intercede pro nobis ad dominum.
Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison.
Domine exaudi. Et clamor. Oremus.
Or. Concede nos famulos. An.
Sancti dei omnes. V. Letamini. Or.
Protege domine populum. Oro.
Omnes sancti tui. Or. Et pa
cem tuam. V. Benedicamus domi
no. Deo gracias. Ad completorium.



Conuerte nos deus
salutaris noster.
Et auerte iram
tuam a nobis.
Deus in adiu
torium meum.
Gloria. Ps.
Sepe expugnauerunt me a
iuuentute mea dicat nunc

℣. Benedicamus domino. Deo
gratias. Ad primam.
Deus in adiutoriũ
meum intende.
Domine ad adiu
uandum me fes
tina. Gloria. ẏ.
Memento sa
lutis auc
tor quod nostri quondam corpo
ris ex illibata virgine nascendo
formam sumpseris. Maria
mater gratie mater misericor
die tu nos ab hoste protege in
hora mortis suscipe. Gloria ti
bi domine qui natus es de virgi
ne cum patre et sancto spiritu i
sempiterna secula. Amen. Añ.
Assumpta est. Ps. Dd.
Deus in nomine tuo sal

uum me fac et in virtute tua iu
dica me. Deus exaudi oronem
meam auribus percipe verba oris
mei. Quoniam alieni insur
rexerunt adversum me et fortes q̄
sierunt aĩam meam et non pro
posuerunt deum ante conspectum
suum. Ecce enim deus adiu
uat me et dominus susceptor est
anime mee. Averte mala i
nimicis meis et in veritate tua dis
perde illos. Voluntarie sa
crificabo tibi et confitebor nõi
tuo domine quoniam bonum
est. Quoniam ex omni tribu
latione eripuisti me et super ini
micos meos despexit oculus me
us. Gloria. Psalmus.
Benedixisti domine terra
tuam avertisti captiuitatem Ia

sol terribilis vt castrorum acies or
dinata. Deo gratias. R. Dignare
me laudare te virgo sacrata. Da mi
virtutem contra hostes tuos. Kyrie
leison. Xpeleison. Kyrieleison. Do
mine exaudi. Et clamor. Oremus.
Deus qui virginalem Oro.
aulam beate marie virginis
in qua habitares eligere digna
tus es. Da quesumus vt sua nos
defensione munitos iocundos fa
ciat sue interesse commemorationi
Per eundem dominum. An. Sanc
ti dei omnes. V. Letamini in. Or.
Exaudi nos deus salutaris
noster et apostolorum tuo
rum petri et pauli et aliorum apo
stolorum nos tuere presidiis quo
rum donasti fideles esse doctrinis.
Oro. Omnes sancti tui. Oratio.

Et pacem tuam. V. Benedica
mus domino. Deo gras. Ad terciam.
Deus in adiutorium
meum intende. Do
mine ad adiuuan
dum me festina.
Gloria. Ps.
Memento salu
tis auctor. Ma
ria mater. Gloria tibi domine.
Aña. Maria virgo. Ps. Ad
Ad dominum cum tribularer
clamaui et exaudiuit me. Domine
libera animam meam a labiis iniquis
et a lingua dolosa. Quid detur
tibi aut quid apponatur tibi ad lin
guam dolosam. Sagitte poten
tis acute cum carbonibus desola
toriis. Heu michi quia incola
tus meus prolongatus est habita

ethereum thalamum in quo rex
regum stellato sedet solio. Cplm.
Et sic in syon firmata sum et
in ciuitate sanctificata simi
liter requieui et in ihrlm potestas
mea. Deo gratias. R. Diffusa est
gratia in labiis tuis. propterea be
nedixit te deus in eternum. Kyrie
leison. Xpeleison. Kyrieleison.
Domine exaudi. Et clamor. oremus.
Deus qui salutis eterne Oro.
beate marie uirginitate fe
cunda humano generi premia
prestitisti tribue quesumus. ut
ipsam pro nobis intercedere me
ruimus auctorem uite suscipere.
per eundem. An. Sancti dei omnes.
Vs. Letamini. Or. Protege dne
populum. Or. Omnes sancti
tui. Or. Et pacem tuam. Vs.

Deus Ad sextam.
in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiu
uandum me festi
na. Gla. V.
Memento salu
tis auctor. Maria mater. Gla
tibi domine. An. In odorem. Ps.
Ad te leuaui oculos meos qui
habitas in celis. Ecce si
cut oculi seruorum in manibus
dominorum suorum. Sicut
oculi ancille in manibus domine
sue ita oculi nostri ad dominum
deum nostrum donec misereatur
nostri. Miserere nostri domi
ne miserere nostri quia multum
repleti sumus despectione. Quia
multum repleta est anima nostra

R. Benedicta tu in mulieribus et
benedictus fructus ventris tui. Ky
rieleison. xpeleison. Kyrieleison.
Domine exaudi. Et clamor. Orem[us]
Concede misericors deus. oro.
fragilitati nostre presidiu[m]
ut qui sancte dei genitricis et virgi
nis marie memoriam agimus
intercessionis eius auxilio a nos
tris iniquitatibus resurgamus.
per eundem dominum. an. Sancti
dei omnes. Vs. Letamini in dn[o].
Or. Exaudi nos deus. Oratio.
Omnes sancti tui. Or. Et
pacem tuam nobis. Vs. Benedica
mus domino. Deo gratias.

Deus Ad nonam.
in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiu
vandum me fes
tina. Gla. V.
Memento sa
lutis. Maria mater. Gloria
tibi domine. an. Pulchra es. Ps.
In convertendo dn[u]s capti
vitatem syon facti sumus
sicut consolati. Tunc repletu[m]
est gaudio os n[ost]r[u]m et lingua n[ost]ra
exultacione. Tunc dicent in
ter gentes magnificavit d[omi]n[u]s face
re cum eis. Magnificavit d[omi]n[u]s
facere nobiscum facti sumus leta
tes. Converte domine capti
vitatem nostram sicut torrens in
austro. Qui seminant in la



Incipiūt vigilie mortuorum.
Aīn. Placebo. Ps.
Dilexi quoniam ex
audiet dominus vo
cem orationis mee.
Quia inclina
uit aurem suam
michi et in diebus
meis inuocabo. Circumdederunt
me dolores mortis et pericula infer
ni inuenerunt me. Tribula
tionem et dolorem inueni et no
men domini inuocaui. O dne
libera animam meam miseri
cors dominus et iustus et deus nos
ter miseretur. Custodiens par
uulos dns humiliatus sum et
liberauit me. Conuertere ani
ma mea in requiem tuam quia
dominus benefecit tibi. Quia


EX LIBRIS JAC: PHILIPPI
GRANGIER E NOBILI COLEGIO
SACERD: STAVIÆ 1785.
J.G. fecit


METRIC